Samothrace ut videtur (III 717 ex codice quodam Ambrosiano, descripsisse videtur Cyriacus). — 1) *Regem appellatum esse Samothrace summum magistratum constat et ex inscriptionibus (infra N. 4056 III 715. 716 CIG. 2157. Mitth. des arch. Inst. Athen. 1893 p. 361 cet.) et ex Liv. 45, 5, 6.* — 2) *A. p. Chr. 14.* — 3) *Ad eundem videtur pertinere VI 1524.* — 4) popiis *traditur (emendavit Huebner iam ante repertam N. 4054).*

4056 régibus[1] Io[*ve*[2] *et Iunone*[3]] | iterum, M'. [*Acilio*] | Glabrione, [*C. Bellicio*] | Torquato cos.[4], V .... | [*s*]acra accépéru[*nt*] *(sequitur nominum recensus).*

Samothrace rep., iam Vindobonae (III S. 7371 vidit Mommsen). — 1) *Cf. N. 4055.* — 2) *Etiam Byzantii interdum dii magistratus creabantur (testibus nummis, de quibus monuit Hirschfeld; de his nummis nuper egit Pick Wiener numism. Zeitschr. 27 p. 27 seq.) et fortasse alibi in Graecia.* — 3) *Supplevit Mommsen (etiam in nummis Byzantiis, cf. not. 2, non raro adparent vir et mulier collegae).* — 4) *A. 124.*

Alios titulos ad mysteria Samothracia pertinentes habes III 714—716. 718 seq. III S. 7367 seq.

4057 deo | domino | Apollini | Vergulesi[1] | Ulpius | Marcus | mil. coh. VI pr. | p. v.[2] voto feci | et posivi.

Romae rep. ibi ubi N. 2094 (VI 2798 = 32570 vidit Henzen). — 1) *Cognomen ductum a Bergule oppido Thraciae, ut vidit Mommsen (litterae* g *partem superiorem in lapide agnovit Samter).* — 2) *Piae vindicis.*

4058 Veselia | Felicetas | Libero m.[1] patri | Torclesi[2] | ex voto.

In insula Brattia (Brazza) Dalmatiae, iam Salonis (III 3093 cf. III S. p. 1646 vidit Hirschfeld). — 1) *Magno.* — 2) *Cognomen aut ethnicum aut fortasse a torculario ductum (Mo.).*

4059 d. i. m.[1] | *(equus currens)* Lucius, Caesi Victori[*s*] | servus actor, an. L, | h. s. e. Idem Lucius thi|asis Lib. pat. Tasi[*b*]as|ten.[2] donavit ✗ CX ...

Prope Philippos Macedoniae (III 704 descr. Heuzey). — 1) *Dis inferis manibus.* — 2) *Idem Liber pater Tasibastenus memoratur III 703.*

4060 q. b. f. f.[1], | Albino et Maximo cos.[2], | nomina Bacchii[3] vernaculorum[4] | per princ.[5] C. Senti. Verano bul.[6], T. Ulp. Hr.[7], | sac.[8] C. Va. Valens, fil.[9] Valera. et Valentianus, | arc.[10] M. Ulp. Iuanus *(sic)*, frat.[11] Ulp. Dionysius lib. leg.[12], | arc. mys.[13] Ant. Antoni., T. Ae. Felix bul.[6], fil. T. Ae. Antonius, | ecd.[14] Va. Festus *(sequuntur alia nomina quam plurima)*

Nicopoli ad Istrum videtur rep. (III 6150 = III S. 7437 vidit Domaszewski). — 1) *Quod bonum, felix, faustum.* — 2) *A. 227.* — 3) *Thiasi vel sodalicia appellata Βακχεῖα fuerunt Athenis, teste inscriptione de qua egerunt Wide ath. Mitth. 1894 p. 248 seq., Maass Orpheus p. 18 seq., et Perinthi, teste inscriptione ap. Dumont inscr. de la Thrace n. 72*[c] *(Μάρκος Ὥρου τὸν τελαμῶνα τῷ Βακχείῳ Ἀσιανῶν ... ἀνέθηκεν) et alibi, cf. Maass l. c. p. 42.* — 4) *Vernaculorum fortasse hic thiasus dictus, quod alii erant Asianorum (cf. N. 4061). Collegium aliquod dictum vernaculorum videtur memorari III S. 8833 (cum adnotatione Domaszewskii).* — 5) *Principes.* — 6) *Buleuta.* — 7) *Hermà (?).* — 8) *Sacerdos.* — 9) *Filii (eius qui praecedit). Filiorum nomina adiuncta patribus, item fratrum fratribus, fortasse ideo quod qui patrem in Bacchio habebant, minorem summam pro introitu deberent (certe id ita fuit in*

archive.org